

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. Omne accidens est in subjecto fini suo proportionato

urn:nbn:de:bsz:31-102400

possunt tamen dici advenire rei in esse, quantum concipitur, sive quantum ad conceptum ejus. Cūm enim essentia rei sit id, quod primò in re concipitur, proprium, cūm ejus conceptus sit posterior, & posterius concipiatur quam rei essentia, potest dici advenire rei in esse, sive ratione conceptus rei essentialis.

REGULA II.

Omne accidens est in subjecto finis suo proportionatō.

I. Omnis forma est in materiā sibi fini que suo proportionatā: sicut patet primum de animā, imprimis de sentiente, quæ non informat materiam homogeneam & similarem, sed dissimilarem, propterquam, quod ad operationes animae sentientis organismorum diversitas requiritur, quibus caret materia homogēnea. Deinde inde, quod materia & forma eam informans, habent se ut potentia & actus. Sed inter potentiam & actum debet esse proporcio & quādam convenientia. Jam subjectum accidentis est materia, & ipsum accidens est forma. E. omne accidens est in subjecto sibi fini que suo proportionatō.

II. Possimus autem hanc propositione uti I. pro Scotō. ad probandum, virtutes morales esse in voluntate tanquam in subjecto, quoniam ordinantur ad ~~preceptō~~: quod constat per Aristotēlem, qui definit virtutem moralē, quod sit.

Exegesis perpetua. At voluntas est subjectum proportionatum tali fini, cum proprius eius actus sit *exegesio*. Atque ista ratio secundum rem est ipsius Secuti II. sent. dist. XXXIII. q. unic. ibi; contra virtus. In eadem ferè materiâ usurpatur, ista propositio à Soatrio Disp. Metaph. XLIV. Sect. I. num. IX.

III. Hic uti cùm possumus ad probandum, sciemtiam & artes non esse in libro, sed in animo. Sumamus, c. Logicam: ejus actus & finis est inter alia construere & resolvere syllogismum. At non liber, sed animus hominis, est subjectum proportionatum huic fini. Si enim liber aliquis in se scripta contineat præcepta Logicæ per multa annorum millia, nunquam tamen poterit construere vel resolve syllogismum, cum haec operationes non possint provenire nisi à facultate cognoscente, quā liber, tanquam quid inanimatum, caret.

REGULA III.

*Quod excluditur per aliquod accidens,
id ipsum est accidens.*

I. Fonseca in IX. Metaph. cap. I. q. I. f. III. *esse potentiam* non esse de essentiâ rerum, sed ipsis accidere, inde probat, quod *esse potentiam* excluditur per *esse actu*, quia per hoc, quod aliquid est actu, definit esse in potentia, neque cum hoc quod aliquid actu est, stare potest, quod simul potentia. *At esse actu est accidentarium rebus,*